

§. XI. Quando nimis in baptismō lavatur Infans te-
nells & aqua per verbum institutionis ac promissionis san-
ctificata, & elemento coelesti unita, adspergitur, vel mer-
gitur, absque omni dubio actu regeneratur, id quod Eccle-
sia nostra adversus integrum cohortem adversariorum du-
dum evicit, ac probavit. Regeneratio vero illa, uti *illu-
minationem* aliquam habet antecedentem, quod itidem omni
dubio caret; ita quoque aliquam infert *contritionem* & tri-
flitiam de peccato antecedente, quamvis hæc operatio per-
inde, ut aliæ, sensum oculorum nostrorum fugiat. Nam
uti *contritionem natura priorem fide esse* Thymmius loco
allato & DANHAWER. *Hodos.* p. 1273. probant, resque ipsa
docet, ita, quare Spiritus S. ordine inverso in Infantibus agat,
non apparet, cum par ubique sit potentia & gratia, qua hæc
efficere potest, perinde ut effectus fidem & tempore & na-
tura in sequentes, omnemque captum superantes produc-
re solet. Sapienter & graviter laudatus LYSERVUS: *Quoad
Infantes itidem baptismus est lavacrum renovationis, siqui-
dem per Spiritus S. operationem regnum diaboli in illis destrui-
tur & dominium carnis auferitur per operationem Spiritus S.*
CONTRITIONI ADVLTORVM CORRESPONDENTEM:
quod sane non immediate fit, sed per baptismum, ut Spiritus
S. medium, immediate enim Spiritus S. non agit, ubi media
adesse possunt. Per idem medium etiam Lux intellectus ad
Christi agnitionem, cuius exemplum in Johanne conspicuum
& fiducia voluntati ad apprehensionem Christi, sive fidei
illa conditio ληπτων simul a Spiritus S. donatur, qua Christum
recipere & sic per imputationem meriti ipsius justificari, atque
ita Spiritus S. templo & viva Christi membra esse queant,
fide eorum non quidem per actus externos hominibus, sed per
motus internos Deo sepe probantes & coram eo exerente. p.
1276. Quæ verba magni satis ponderis quæstionem nostram